



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis
Disciplinis & religione Christiana**

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

289. Quomodo Episcopus ad synodum vocet prædatores.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

320 R E G I N O N I S L I B. II.
publica pœnitentia satisfaciant. Quod si hoc
agere noluerint, & potestate regia ad hoc ex-
hortati vel coacti non fuerint, proferatur con-
tra eos apostolica terribilis sententia, qua di-
1. Cor. 5. citur: *Si quis frater nominatur, & est rapax,*
cum hujusmodi nec cibum quisquam sumere pre-

sunt. Quia iniquum & sacrilegum est, ut
Sexta synodus Romana sub Symmacho.
S. Gregor. lib. 8. Ind. 3.
epist. 6.
Syimmachus Papa & post eum beatus Grego-
rius Sabino Subdiacono scribit, & contrale-
ges est, si quis quod venerabilibus locis relin-
quitur, pravæ voluntatis studiis suis compen-
diis tentaverit retinere. Secundum statuta ca-
nonum ab omni ecclesiastica communione ut
sacrilegus debet arceri, donec studeat digna
satisfactione quod admisit corrigere.

De his qui loca sacra infringunt.

Ex eodem.

Concil. Meld.
c. 60.
Burchard. lib.
11. c. 22.

C C L X X X V I I I . Ut hi qui monasteria
& loca Deo sacra & Ecclesias infringunt, &
deposita vel alia quælibet exinde abstrahunt,
& sacerdotes ac viros ecclesiasticos non solidim
dehonoran, verum diverso modo affligunt,
velut sacrilegi, canonicae sententiæ subigan-
tur, atque excommunicentur.

Quomodo Episcopus ad synodum vocet
prædatores. *Vnde supra.*

Capitula Kar-
lomanni Tit.
2. c. 5.
Burchard. lib.
11. c. 13.

C C L X X X I X . Episcopus in cuius par-
rœchia aliquis consistens aliquid injustè fece-
rit, semel & bis atque tertio, si necesse fuerit,
vocabit illum sua admonitione per suum num-
tium canonice ad emendationem sive compo-
sitionem & ad pœnitentiam, ut Deo & Eccle-

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 327
si hoc
oc ex-
ur con-
qua di-
rapax,
ere pre-
est, ut
Grego-
ntrale-
s relin-
ompen-
tuta ca-
ione ut
t digne
int.

nasteria
unt, &
rahunt,
soldum
fligunt,
ubigan-
ocet

us par-
tē fece-
e fuerit,
m num-
compo-
z Eccle-
sia
fi sat-
satisfaciat, quam læsit. Si autem despexe-
rit atque contempserit ejus admonitionem &
saluberrimam invitationem, feriat illum pa-
storali virga, hoc est, sententia excommuni-
cationis, ut à communione sanctæ Ecclesiæ
omniūque Christianorum sit separatus us-
que ad congruam satisfactionem & dignam
emendationem. Quam excommunicationem
debet isdem Episcopus seniori illius notam
facere & omnibus suis coëpiscopis, ne eum
recipient usque ad dignam satisfactionem.

Burchardus in fine istius capitinis quædam, ut
ego quidem arbitror, de suo addidit, quod
putaret haud dubiè necessarium esse ut cum
quis Christianus erat excommunicatus, id in
omnium parochianorum notitiam perferre-
tur. Itaque in fine capitinis, post vocem coë-
piscopis, ista addita sunt apud Burchardum,
& omnibus suis parochianis, quæ tamen non
extant apud Reginonem, neque in Capitulis
Karlomanni, unde petitum est istud ca-
put.

De his qui alterius parrœchiani sunt.

Ex eodem.

CCXC. De illis autem qui infra parrœ-
chiam beneficium aut hereditatem habent, &
alterius Episcopi parrœchiani sunt, & dum
de loco ad locum iter faciunt, rapinas & de-
prædationes peragunt, placuit nobis & fidelis-
bus nostris, ut excommunicentur, nec antè ex
parrœchia exeant quām quæ perpetrarunt
dignè emendent. Quorum excommunicatio
seniori eorum & proprio Episcopo significan-

Capit. Karlo-
man. ibid.
c. 6.

Burchard. lib.

11. c. 45.

Ivo parte 14.

c. 109.

Gratian. 6.

q. 3. c. 5.

Prima Coll.

Decretal. lib.

s. tit. 14. c. 1.